

## Duodecimus

na potare. Celebratae sunt primum in ambulatione academiae athenis cubitorum xxx. sex unius radice ramos antecedente. Nunc est clare in lycia socia gelidi fontis amoenitate itineri apposita domicilii modo caua octoginta atque unius pedum specu: numerofo uertice: & se uastis protegés ramis arborum infra: agros longis optinens úbris: ac ne quid desit spelúcae imagini faxea intus crepidinis corona multos complexa pumices extat: tam digna miraculo: ut. Licinius Mutianus ter consul & nuper prouinciae eius legatus prodendú etiam posteris putarit: epulatum intra eam se cum duodeuicesimo comite Large ipsa toros praebente fronde: ab omni afflatu securum optantem hymbrium per folia crepitus. Latuorem q̄ marmorum nitore: picturae uarietate: laqueariú auro cubuisse in eadem. Aliud exemplum Caii principis in ueliterno rure mirati unius tabulata lasisq; ramorum trabibus scamna patula & in ea epulati cum ipse pars esset umbrae quidecim coniuarum ac ministerii capace triclinio: qua coena appellauit ille nidum. Et gortynae in insula creta iuxta fontem platanus una insignis utriusq; linguae monumētis: nunquá folia dimittens. Statimq; ei graeciae fabulositas superfluit. Iouem sub ea cum Europa concubuisse. Ceu uero non alia eius generis esset in cypro: sed ex ea primum in ipsa creta: ut est natura hominum nouitatis auda: platanus satae regenerauere uitium: quando quidem commedatio arboris eius non alia maior est q̄ solem aestate arcere: hyeme admittere. Inde in italiam quoq; ac suburbana sua Claudio principe Marcelli Esermini libertus: sed qui se potentiae causa Caesaris libertis ad optasset spado thessalicus praediues ut merito dici posset. Is quoq; Dionysius trāstulit id genus. Duratq; etiam in Italia portenta terrarum: praeter illa. s. quae ipsa excogitauit italia.

De chameplatano: & quis totunderit uiridaria. Cap. ii.

**D** Anq; & chameplatani uocatur coactae breuitatis: quonia arbor est abortus iuuenimus. Hoc quoq; ergo in genere pulmilionu isoelicitas dicta erit. Fit at & seredi genere & recidendi primum Cn. Martius ex equestri ordine Diui Augusti amicus inuenit nemora tonsilia intra hos xxx. annos. De peregrinis arboribus: & malo assyria. Cap. iii.

**P** Eregrinae cerasi psicæq; & oēs quae graeca noia aut aliena. Sed quae ex iis icolae numero esse coepere dicetur iter fructiferas. In praesentia externa persequemur a salutari maxime orsi. Malus assyria qua alii uocant medicam uenenis medetur: Folium eius est unedonis intercurrentibus spinis. Pomum ipsum alias non maditur: odere praecellit foliorum quoq; qui trāsfit in uestes una conditus arcetq; animalium noxia. Arbor ipsa omnibus horis pomifera est: aliis cadentibus: aliis maturefcentibus: aliis uero subnascentibus. Tentauere gentes transferre ad se propter remedii praestantiam sicilibus in uasis dato per cauernas radicibus spiramento. Qualiter omnia trāsitura longi serii artissime transfertiq; quae meminisse conueniet: ut semel quaeq; dicant. Sed nisi apud medos & in pside nasci noluit. Haec at cuius grana parthorum proceres incoquere diximus esculentis comendandi halitus gratia. Haec alia arbor laudatur in medis. Lanigeras seru in mentione gentis eius narrauimus. Cap. iiii.

De indiae arboribus: nel quando primum roma hebenus.

**T** Tem indiae arbor magnitudine una: qua peculiarius. Virgilius celebrauit hebetu nusq; alibi nasci pessus. herodotus ea aethiopiae intelligere maluit: tributi uice regibus perfidis e materia eius cetenas phalagas tertio quoq; ano pesitaesse aethiopias cu auro & ebore prodedo. Non omittendu id quoq; uicenos detes elephatorum grades: quonia ita significauit: aethiopas eadem ca pendere solitos: tata ebore auctoritas erat urbis nostrae trecesimodecimo ano. Tunc. n. auctor ille hystoria ea condidit Turiis in italia. Quo magis miru est: quod eidem credimus: qui padu amne non uidisset: nemini ad id tepus asiae graeciaeq; aut sibi cognitum: Aethiopiae forma ut diximus. Meroen usq; nup allata Neroni principi rara arboru hebenu. A meroe usq; ad syene sine iperii per nonaginta sex mil. pas. nullaq; alia nisi palmae generis ee docuit. ideo fortassis in tributore auctoritate tertia res fuerit hebenus. Romae ea magnus popeius in triumpho mithridatico ostedit. Accendi ea Fabianus negat. Vritur tñ odore iucudo. Duo genera eius. Raru id quod melius. Arboreu truco enodi: materiae nati splendoris: ac uel sine arte ptinus iucudi. Alteru fructicosum cythi modo: & tota india dispsum est. Cap. v.

De spina & ficu indicis.

**T** Bis & spina similis sed deprehensa uel lucernis igni ptinus trāsiliete. Nunc eas expona quas mirata e. Alexadri magni uictoria orbe eo patefacto. Ficus ibi exilia poma het. ipsa se semperetis: uastis diffandit ramis. Quoq; podera adeo in terra curuatur: ut annuo spatio infigant notaq; sibi ppagine faciant circa parente in orbem: quoda opere topiario. Intra septem ea aestiunt pastores. opacam pariter & munita uallo arboris: decora specie subter itueti pculue fornicato abitu. Superiores eiusdem rami in exelsum emicat: siluosa multitudo: uasto matris corpori: ut. lx. pas. pleraq; orbem colligat. Umbrae uero bina stadia operiant. Folioe latitudo peltae effigie amazonicae habet. Ea causa fructu itegens crescere prohibet. Rarusq; est nec fabae magnitudinem exedens. Sed per folia solibus coctus praedulci sapore digno miraculo arboris gignitur circa acesinem maxime annem. Cap. vi.

De arbore pala: & arboribus indicis sine nominibus & laniferis.

n iiii